Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

32.

tu fecisti: amoue a me plagas tuas. ℣ In
fortitudine manus tue ego defeci in increpa-
cõibus: ppter iniquitatem corripuisti homines.
Et tabescere fecisti sicut aranea animam
eius: veruntamen vane conturbatur omis
homo. Exaudi oratõem meam dne et deprecatõem
meam: auribus percipe lacrimas meas.
Ne sileas quia aduena ego sum apud te et
peregrinus: sicut omes patres mei. Remit-
te mihi vt refrigerer priusquam abeam. et
amplius non ero. Psalmus Daud.
Expectans expectauj dnm: et intendit
mihi. Et exaudiuit preces me-
as: et eduxit me de lacu miserie et de lu-
to fecis. Et statuit supra petram pedes
meos: et direxit gressus meos. Et im-
misit in os meum canticum nouum: carmen
deo nro. Videbunt multi et timebunt
et sperabunt in dno. Beatus vir cui
est nomen dni spes eius: et non respexit
in vanitates et insanias falsas. Multa
fecisti tu dne deus meus mirabilia tua:
et cogitationibus tuis non est quis similis
sit tibi. Annunciauj et locutus sum: